



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || S<sup>v</sup>sonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

De immani quadam afflictione, quæ illi animarum salute sitienti euenit.  
Capvt XL.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

pallium meum, vbi sub meo eum seruo patro-  
cinio ac diligenter vultum eius contemplare, suso misera-  
vt eum nōsse queas. Ipse namqe est miserorum rum omnium  
omnium consolator ac sublenator, & ipse te consolatus.  
consolabitur. Venit illa ad Ministrum, eiusqe  
agnouit vultum, vt ante in spiritu erat intuita,  
orauitqe eum, vt ipsi esset propicitus, suum illi  
lapsum commemorans. At ille clementer eam  
excepit, & pro viribus opem tulit, quo posset a-  
missam recuperare famam, quemadmodum  
mater misericordiae illi demandarāt.

De immensi quadam afflictione, qua illi animarum sa-  
lute sicuti euenerit.

#### CAPVT XL.

**H**ac ratione innumeris ille afflitis ho-  
minibus opitulatus fuit. Sed ob hoc ge-  
nus pietatis officia multas eum opor-  
tuere diras crues perpeti, quas tamen pius Do-  
minus ante illi per visum significauit eo, quo  
sequitur modo: Die quadam sero ad hospitiū  
quoddam venit: at altero manè circa diei ex-  
ortum in visione ductus est ad locum quen-  
dam, vbi erat Missa sacrum celebrandum, id-  
que illi sorte incumbebat. Cantores autem  
Missa Introitum, vt vocant, de Martyribus cō-  
cinebant, hunc videlicet: M V L T A P T R I E V-  
L A T I O N E S I V S T Q R V M. Id ille inuitus  
audiebat, cupiensqe aliud decantari officium, Discit in vbi-  
ait: Ecquid nobis Martyres obruditis? Quid i-  
ta insanitis de Martyribus cantando, cum nul-  
lus hodie Martyris celebris memoria agatur? imminere:

Pp 2 Ag

At illi oculis in eum intentis, porrectisq[ue] d[omi]natis, dicebant: Etiam hodi[er]e suos Deus habet Martyres non minus quam vñquam alias. Tantum p[re]pares te, & perge canere. Venit ille vñtro citoq[ue] folia codicis, quod Mille vocant, ante ipsum positi, optabatq[ue] officia aliquod vel de Confessoribus, vel aliunde cere, quam de Martyribus dira percessit. quantumlibet ille folia volueret, omnes paginae Martyrum officijs plenae erant. Tum videns non posse aliter fieri, cecinit cum illo sed planè lugubri voce. Deinde post paululum iterum eos alloquens: Est hoc, inquit, mirum satis & insolitum, quod nunc agitis. Cur non potius, Gaudeamus, de rebus iucundis canimus, quām de Martyribus, quā est materia lugubris? At illi contra respondebant: Necis amice quid agatur. Cantus iste de Martyribus antecedit: postea quandoq[ue] oportuno tempore sequetur festiu[m] Gaudeamus. Vbi ille adi[un]ctus redijt, totus corde contremuit p[re] his qui responderat, aitq[ue]: Eheu pie Iesu, rursus ne crucifixio rendas sunt? Cumq[ue] in itinere m[er]ito esset virtutu, dixit ei socius illius: Quid habes Pater, quod adeo tristis appares? Respondit ille. Eia fratres, Missa hic mihi cantada est de Martyribus, indicare volēs, à Deo ipsi reuelatum esse, quod immaniter esset diuexandus. Sed fratre hoc intelligente, ipse quoque rem tacitam habuit. Deinde vbi venit ad oppidum ante Christi natalem diem, quando sunt prolixiores tendebat promore suo acerbis ceperit afflictionibus afflicciari, adeo ut humano iudicio putaret p[ro] dolore cor suum disruptum iri, si cui alij id viderentur.

OLV

457

quam enenisset. Siquidem tam grauiter his erat vallatus afflictionibus, vt prorsus illi miserandum in modum subtraheretur, quicquid habebat reliquum siue commodi, siue solatij, siue honoris temporarij, siue alicuius alterius rei, quæ posset hominem recreare, quo ipse nisi potuisse. Porrò crux illa acerrima huiuscmodi erat. Inter alios plures, quos cupiebat ad Deum reducere, venit ad eum fallax quædam & versipellis foemina, cor lupinum sub honesta (vt videbatur) conuersationis tegmine gerens: idque adeò occultare nouerat, vt multo valde tempore Minister id minimè posset animaduertere. Ceciderat illa ante in turpe flagitium & probrum cum viro quodam: nec eo scelere contenta, exaggerare illud voluit, problem ex ipsa natum alteri prorsus innocentia signando. Verum Minister ob hoc flagitiū minimè eam à se repellere volens, audiuit confessio nes illius, præstititq; illi necessaria ac honesta officia, plura etiam quam alijs eius regionis religiosi fratres, quos Terminarios vocant. Sed cum multo id durasset tempore perspicuum ipse, tum alij fide digni homines depræhenderunt, clanculo iisdem deditam sceleribus, quibus & antè fuerat. Quod tamen ipse pressit silentio, nolens eam prodere omnibus. At nihilominus subduxit se ab ea, nec solitarei præstitit obsequia. Quod ubi illa persensit, mādauit ei, ne sic ageret: nam si emolumen tis, quæ ex ipso caperet, fraudaretur, ipsum pœnas luiturum, daturumq; se ei puerulum, quem ex seculari viro haberet, cuius ipsum vellet genitorem affirmare, atque eo ipso tantam se illi

Pp 3 igno-

ignominia notam inusturam, ut vbius locorum  
 pessime diffamaretur. Satis ille his verbis  
 consternatus fuit, stansque secum tacitus, en-  
 mo ingemiscens pectore, intra se dixit: Ang-  
 stiae mihi sunt vndique & quo me vertam  
 nō si enim hoc egero, vñ mihi est: si autem  
 non egero, iterum vñ mihi est: atque ita tunc  
 me angustiae obfident, ut obruere me possint.  
 Interim ahæcio sustinebat corde, ecquid tam  
 illi dæmoni aduersus ipsum permisso  
 esset Deus. Cepit autem id consilij apud seipsum  
 Deum, præstare & corporis & animæ suscep-  
 ti, ut inter duo mala potius eligeret disfunctio  
 scelerata illa muliere, vñcunque accideret  
 mæ illius: idque etiam secutus fuit. Hac illa  
 adeò permota fuit, ut vltro citroque ad festi-  
 lares & religiosos cursitans, præ immunitate  
 probitate sua seipsum libenter summa no-  
 ret ignomia, tantum ut illi misero crucem co-  
 flaret: affirmavitque apud omnes ex illo se  
 prolem concepisse. Ea res admodum offendit  
 omnes, qui eius dictis fidem adhibebant, idque  
 tanto magis, quanto illius peruulgata sancti-  
 tas longius percrebuisse. Id vero medulla  
 cordis & animæ eius penetrabat, ibatque pa-  
 seipso tabescens præ miseria & angustiis, do-  
 xitque noctes insomnes & molestos dies, bre-  
 uisque somnus eius, terroribus permixtus  
 erat. Suspexit ergo lamentabili vultu & pro-  
 fundis suspirijs ad Deum, & ait: En adeli Domine  
 tem p' illud miserabile, adeli horamez,  
 quinam potero immensas cordis mei preces  
 ras perpeti? O si mortuus essem, ne hanc cala-  
 mitatem vel visu vel auditu perciperem. Opie  
 lsa,

Lamentabi-  
 lis Ministri  
 in angustiis  
 maximis ad  
 Deum com-  
 pellatio.

jesu, tripli nōsti, ut præstantissimum nomen  
tuum cunctis diebus veneratus sim, ac longe  
quæque omnib<sup>o</sup> amabile reddere conatus sim,  
honorandumque obtulerim, & tu nomini  
meo tantam vis adferre ignominiam? Id me-  
ritò conqueri possim. En celebris ordo Domi-  
nicanus ex me tantam capiet infamiam: quod  
certè nunquam lamentari desinam. O angu-  
stias cordis mei. Pij omnes, qui me hæc tenus  
ceu sanctum hominem honore persecuti sunt,  
quod mihi poterat animum addere, iam non  
aliter quam fallaciosum hominum corruptio-  
rem adspicient, quod certè animam meam di-  
ris conficit vulneribus. Sub his querimonij ac  
lamentis cum aliquamdiu ita versatus essem  
Minister, ut vita ac viribus deficeret, mulier  
quædam ad eum venit, dicens: Cur te a deo ma-  
ceras domine? sume animum: en ego tibi faci-  
lè opem tulero, modo mihi obtemperare vo-  
les, ne quam tuæ existimationis iacturam fa-  
cias. Sis ergo obsecro magno & infracto ani-  
mo. Suspicens ille, ait: Qua id ratione efficies?  
Respondit illa: Puerulum vlnis compræhen-  
sum sub veste clam subducam, & nocte vel vi-  
uum sepeliam, vel acu in eius cerebrū impres-  
so ocedam. Illo sublatō, sopiaetur omnis hic  
tumultus, & fama tua integra tibi permanebit.  
Ad hanc Minister indignabundus respondit. O Barbaricæ  
fœminarum omnium lögē crudelissima, tūne in fœmina  
innocentē hunc parvulum ita neci dabis? Quid crudelitas  
illi imputandum est, quod mater eius tam fl  
gitiosa est? Tūne eum viuum sepelies? Absit ab-  
sū, ut id latrocinijs meo vñquam consensu ad-  
mittatur. Nihil quidē peius hinc mihi accidere  
potest.

Pp 4

potest

potest, quam famæ & nominis mei extingue  
 & reuera si vel totius regni existimatio ex-  
 penderet, libens ego eum hodie omnipotens  
 Deo offeram ac resignabo, potius quam suam  
 cruorem hunc innoxium effundi. At illas  
 Non est infans iste ex te genitus: quid te angu-  
 sic pereat? simulq[ue] cul:rum acutum profert.  
 Sine, inquit, alio me eum abducere a conspi-  
 tu: moxq[ue] illi vel guttur præcidam, aut hu-  
 ei cultrum in cor imprimam, ita eo ocyunt  
 functo, pax erit. Tum ille, Tace, inquit, mulie-  
 scesta. Cuiuscunque demum sit parvulus  
 at formatus est ad imaginem Dei, & sacro-  
 & Christi sanguine redemptus. Nolim eu-  
 tam crudeliter eius sanguis fundatur. Am-  
 pliier atra commotabili, respondit: Si non po-  
 cet ut occidatur, saltē patiaris mane eum  
 templum reponi, ita ut sit alijs infantibus  
 posititijs: aut certè intolerabiles feras sum-  
 necesse est, antequam educatur. Ait Minde:  
 Evidem confido omnipotenti Deo, qui mihi  
 hactenus prouidit, facilè eum etiam & omnia  
 huic parvulo necessaria præbiturum. Perge-  
 gitur, & ad me infantem huc clam adducit  
 ut eum inspiciam. Cum ergo puerulum in his  
 reposuissest sinum, arrisit illi parvulus. Vnde  
 ille ex imo pectore ingemiscens, ait: Egone ma-  
 hi arridentem eiusmodi formosum ipse  
 lum perimam? Absit. Evidem libens patet,  
 quicquid eius causa mihi acciderit. Verloque  
 eundem cum blandè vultu ad infantem, ait: O te puerum  
 animi dolo miserabilem, quam miser es orphanus. Sig-  
 re, præ com- dem qui te genuit, non te vult habere pro loco  
 mittere. nima- infida genitrix tua exponere te voluit cœca-  
 dem

nem prorsus reiectum. At Dei permisum mihi donatus es, ut ego tuus sim parvus. Et ideo libens faciam, nec tamen aliunde, quam ex ipso Deo te suscipiam. Tu quidem dulcissime infans in meo resedes sinu, & quamvis sermonis sis inops, tamen placidis me oculis intueris. At ego te saucio contemplor corde, oculisque lachrymantibus, & pijs oris osculis. En perfundo ego tenellam faciem tuam calidis lachrymis meis. Ast ubi sensit elegantissimus infans Ministri profusa lachrymas suam irrigare faciem, etiam ille acriter fleuit, atque ita pariter plorabant. Cernens autem Minister ploratrem infantulum, suo eum pectori amanter appressit, dicens: Cessa iam fili mi charissime. Ego ne te occidam, quod non sis ex me genitus, me que oporteat tua causa duros perpeti labores? Non possum ego villo pacto te affigere, quandoquidem meus eris & Dei filius, & quamdiu Deo procurante illa mihi bucella supererit, tibi eam impartiar in laudem Dei, feramque libens quicquid hinc mihi acciderit. Has ubi Compungit voces lamentabiles audiuit ferox mulier, qua<sup>x</sup> tur mulier iā infantem occidere instituerat, tota corde compuncta, in altos prorupit eiulatus, ita ut eam compesci oporteret, formidante Ministro, ne res in publicum diuulgaretur. Postquam illa satis fleuit, reddidit ei infantulum, illique bene precatus, ait, Benedicat tibi Deus, & sancti angeli eius ab omni te malo tueantur: iussitq; ut suis sumptibus bene curaretur. Post haec destabilis mulier huius infantis mater, Ministrum magis ac magis vbiique diffamari perrexit, maximē ubi id illi obesse potuisset, adeo ut

Compungi-  
tur mulier iā  
ante puero  
mortem ma-  
chinata,

Pp. 5 per-

perplures honesti homines eius vicem misera-  
rentur, s<sup>e</sup>pius mortem a iusto iudice Deo illi  
mulieri imprecarentur. Quandoque adij eum  
quidam cognatus eius, & dixit. Vx mulierum  
sacrilegæ, quæ tantum in te facinus admis-  
tis. Profectò ego te de illa uiciscar. Latitabo vixi-  
am in longissimo illo fluminis ponte, eamque  
transeuntem è ponte in flumen demergam, n-  
sic eius immanis crudelitas vindicetur. Cu-  
sti longani  
miras ac pa-  
tientia in ad-  
uersis.

OIV  
45

Magna Mini-  
ster. Ne sic, inquit, feceris amice. Absit  
mea causa quisquam perimatur. Nouit Dom-  
nus secretorum omnium cognitor, istum in-  
fantem iniuria mihi eam obtrusisse. Ergo ta-  
sam hanc illius ego manibus commendo, vi-  
pse eam vel occidat, vel viuere permittat pro  
suo arbitratu. Et quamvis animæ meæ pericu-  
lum in illius procuranda nece dissimulare vel-  
lem, tamen honorarem in illa castas omnes &  
honestas sc̄eminas, finiterique eam vita frui.  
Ad hæc ille indignabundus respondit. Apud  
me sanè nihil interest, utrum sc̄emina iug-  
leru an virum, si me huiusmodi contumelia  
affecisset. Cui Minister. Noli, inquit. Id enim  
immanis quedam feritas & barbara temeritas  
fuerit. Cessa igitur, si quisque euenire mihi tra-  
ces omnes, quas me pati volet Dominus. In-  
crescere autem ipsa afflictione, quodam tem-  
pore victus animi infirmitate, cum nimium  
esset prægrauatus, volebat aliquid capiare re-  
creationis & leuamenti. Itaque ad duos abjunc-  
ticos suos, ex eis consolationē petiturus: qui  
dum fortuna arrideret, ei se familiares ac fidios  
exhibuerant. At ibi permisit eum Deus re ipsa  
experiri in utrisque quam nihil sit solidum at  
inn.

Amicitia ho-  
miū in-  
confians.

integrā in creaturis. Siquidem ab alijs duobus eorumque socijs longē grauius depresso  
fuit, quām à vulgo. Alter eorum duris eum excepit verbis, faciemque ab illo indignè auer-  
tit, non abstinentia à conuicijs & contumelijs.  
Inter alia, quæ in eum iniuriosè dixit, iussit  
eum à sua cessare amicitia & familiaritate,  
quod illius consuetudinis ipsum puderet. Ea  
verba per intimas cordis eius medullas fere-  
bantur, dixitque ad illum voce miserabili: O  
frater mi, si te Deus permisisset in hoc densum  
demergi cœnum, ut me permisit, equidem ad  
te alacriter profilirem, & comiter inde extra-  
herem. Tibi verò proh dolor non id satis est  
quod me cernis profundè demersum, sed ipse  
etiam me conculcare niteris. Id ego conqueror  
afflictissimo quodam cordi pīssimi Iesu. Ille  
autem tacere eum iussit, dicens cum conuicio:  
Adūm est de te. Non solum conciones tuæ, sed  
etiam quos fecisti codices, reijcientur. At ille  
erectis ad cælum oculis, suauiter respondit:  
Confido omnipotenti Dō, libellos & scripta  
mea oportuno tempore longē gratiora chari-  
oraque fore, quam vñquam antehac. Eiusmo-  
di ille consolationem certè lamentabilem ex  
principiis suis sodalibus & amicis recepit. Eo-  
dem in oppido ad id usque temporis homines  
pijsatis illi de necessarijs rebus prouiderant.  
Sed cum falsi isti rumores ad illos perlati es-  
sent, quotquot illis fidem adhibebant, open  
& amicitiam ab illo retraxerunt, donec certa  
edocti veritate, rursus se ad illum contule-  
runt. Die quadam nonnihil quieturus resedit.  
Atque interim sensibus subductus, videbatur  
sibi

Quidassītus  
Suso ex seda-  
libus retule-  
rit solatij.

sibi in regionem quandam intelligibilem  
 ductus. Ibi tum quispam in eius anima fundo  
 Joquebatur hoc paeto. Audi, audi verbum con-  
 solatorium, quod tibi iam legam. Ille arreto  
 auribus auscultabat. Legit ergo illi latine res-  
 ba illa Esaiæ: Non vocaberis ultra derelicta, &  
 ratuanon vocabitur amplius desolata, sed vocem  
 voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata, quia  
 placuit Domino in te. Hæc cum perlegisset, item  
 ea tertio quartoque repetit. Quod ille aperi-  
 rans, ait. Quid sibi vult, quod toties hæc mihi  
 commemoras? Ea, inquit, ex causa id agor, in  
 animo in Deum confirmato illi fortiter con-  
 fidas, quando ille etiam terræ amicorum lo-  
 rum, id est, mortalibus eorum corporibus  
 cessaria prouidebit, & si quid uno loco detrac-  
 tum eis fuerit, id alio suppeditabit. Ita etiam pro  
 sua benignitate tibi faciet Deus. Totum  
 hoc reuera postmodum cœnit, tamq; euidenter,  
 ut plures p̄r gaudio riderent, laudaremp  
 Deum, quorum prius oculi ex nimia com-  
 seruatione lachrymas fuderant. Haud secus cum  
 agebatur cum hoc afflito homine, quamcum  
 bestiola quadam à feris beluis lacerata acci-  
 pasta, quæ adhuc non nihil odoris exhalat, que  
 affliti famelici crabrones, toto illuc agmine  
 aduolant, & reliquias ossum penitus depast,  
 extractasque medullas secum in æra absolu-  
 tant. Eum namque in modum miserè ille longe  
 lateque diuulgatus fuit, idq; ab hominibus  
 specie religiosis, qui que id facerent sub regni-  
 ne quodam piarum querelarum & piarum col-  
 locutionum, ut se se tanquam ex amicitia mu-  
 tuò recrearent, cum tamen nulla in eis inesse  
 fideli

Qualiter fue-  
 rit in ineffa-  
 bilitate sua cala-  
 mitate exer-  
 citus.

fidelitas. Inde verò nō nunquam infestos quos-  
dam incidentium cogitationum malorum a-  
culeos persensit hunc in modum: Si quis pie Ie-  
su à Iudeis aut Ethniciis, vel publicè flagitio-  
sis quipiam patiatur, potest id ut cunque toler-  
ari. At isti tui videntur amici, qui metam a-  
trociter cruciant, atq; eo ipso crux ista intole-  
rabilior est. Porrò sibi ipsi redditus, vbi recta A Deo tribu-  
ratione cuncta expendit, nullam eis assignauit lationes om-  
culpam, sed Deum per eos id effecisse sentiebat, nostram nō.  
quodq; ipse ira perpeti deberet, Deumq; suos bis immitti.  
amicos per hostes suos ad ipsorum præcipuam  
salutem adoptare. Speciatim verò eiusmodi  
impatientiæ aculeis permoto ita intus respon-  
sum fuit: Memor esto Dominum Iesum in sua  
sodalitate nedum D. Ioannem charissimum  
discipulum suum, & D. Petrum fidissimum sibi  
habere voluisse, sed etiam impurum illum lu-  
dam sustinere. Tu ergo, qui Christi sectator es-  
se cupis, cur inuitus Iudam tuum pateris? His  
subitè incidens quædam cogitatio sic respon-  
dit: Eheu pie Iesu, si afflictus amictus tuus non  
nisi vnum haberet Iudam, tolerabile foret: at  
nunc anguli omnes his abundant, adeò vt vno  
discidente, quinque alij existant. Ad hęc autem  
intus ita responsum est. Quisquis animo bene  
constitutus est, neminem debet existimare Iu-  
dam suum, sed potius Dei cooperatorem, per  
quem ipse pro sua præcipua salute exercitari  
debeat. Nimirum quando Iudas Christum of-  
culo prodidit, Christus eum suum appellavit Mauth. 26:  
amicum, Amice, inquiens, ad quid venisti? Hūc  
in modum posteaquam Minister satis superq;  
vexatus, eiusmodi calamitatem non parū diū  
pertu-

Aduersarium  
nullum Iudā,  
sed omnes  
Dei coopera-  
tores astimā-  
dos.

pertulerat, exigua quedam illi remansit solatiuncula, qua sola adhuc erigebatur, quod rumor de ipso sparsus, necdum ad institutum dominicani præcipuos Prælatos peruenisset. hanc ipsam consolatiunculam repente illis duxit Deus. Nam qui toti præfectus erat ordinis, & provincialis, ut vocant, Germanicus, mulier in eam aduenerunt urbem, vbi mulier sagitiosa Ministrum falso detulerat. Quid cum miser ille alibi habitans didicisset, animo plu satis perterritus, ita secum cogitabat: Portas superiores tui fidem commodabant impreca illi foeminæ, quod si fecerint, actum est devita. Namque in eiusmodi te penitentia epistulam coniiciebat, ut satius sit mortem ipsam perpeti. Hæc angustia totis continuis duodecim diebus & noctibus eum corripuit, iam semper hæc expectaret sui castigationem. Quodam die ex humana imbecillitate forsitan rupit gestibus quibusdam minus compotis, vicitus nimia, quantum tenebatur, angustia, et sub hæc lamentabili interioris & exterioris hominis constitutione, seorsim ab hominibus secretum quandam locum peti, ubi à nullo nec videri nec audiri posset, atque nonnunquam alta traxit suspiria: quandoque lachrymis humescerat oculi, mox impetu per genas feratur. Non poterat præ nimio cordis angore vespere secum consistere, modo repente recubebat, mox celeriter exiliens ultrò citroque per cubiculum cursitabat, quasi cum mortis angoribus colluctareatur. Quandoque eiusmodi voces per cordis eius viscera perferebantur. Eheu pijissime Iesu, quid ex me facturus es? Cum ergo

OLV

45

ita miserè se haberet, diuinitus ei inspiratum  
fuit. Vbi nunc est tuī resignatio? vbi eodem  
permanere animo in aduersis & prosperis?  
quod ipse quidem alijs hilariter consuluit &  
persuasisti, uti se debeant expedite resignare  
Deo, nec hærere vspiam. Ad quæ ille lachry-  
mabundus respondit. Itane percontaris vbi  
me sit resignatio? Ego verò ex te sciscitor, v-  
binam & inexhausta in suos amicos Dei i mis-  
ericordia. En nihil nisi extremam calamita-  
tem expecto, & iam in me ipso perij, tanquam  
qui capite damnandus sit, & facultatum ac exi-  
stimationis suæ iacturam fecerit. Putabam ego  
Deum esse benignissimum, & clementissimum  
ac fidissimum erga eos omnes, qui se ipsi permit-  
tere ac resignare auderent. At prohdolor in me  
ille defecisse videtur. Eheu fons ille pietatis,  
qui nunquam potuit obstrui, erga me miserum  
sele retineri patitur. Ah cor illud indulgentis-  
sum, cuius benignitatem totus testatur &  
prædicat Mundus, me miserum extrémè de-  
relinquit. Auertit à me lucidissimos oculos suos  
& vultum serenissimum. O facies Dei mei. O  
cor piissimum, non ego credidisse vñquam,  
non de te sperasse, vt me vsque ad reijceres.  
O abyssus inexhausta, succurre misero iam ta-  
men præmortuo ac perduto. Tu scis omnem  
spem & consolationem meam in te vno collo-  
cataam, nec in ullo alio in terris commorante.  
Eia quotquot afflitti estis, quæsto me ausulta-  
te hodie. Non est certe, quod quisquam scâda-  
lū accipiat ex hac mea lamentabili perturbati-  
one & incompositis gestibus. Nam donec im-

ors

ore mihi versabatur resignatio, iucundum  
 de ea dicere. At nunctorus sum corde sauci  
 sagittæ Domini intimas venarum omnium  
 dūllas confixerunt, atq; ipsum exhauserunt  
 rebrum meum, adeò vt nullum sit toto corpo  
 re meo membrum, quod non penitus dole  
 & cruciatu confectum sit: & qui tandem poterit  
 esse resignatus? Hunc in modum cum tam no  
 ferè se habuisset ad medium usque diem, cle  
 que admodum debilitato cerebro, tādem quan  
 tus resedit, atque à seipso auersus, ad Deum  
 contuerit, eiusque se voluntati permittente  
 resignans, ait: *Fiat voluntas tua.* Cum ergo val  
 deret, in mentis excessu videntur vnam ex spina  
 libus filiabus suis sanctam virginem coram  
 adstare, quæ cum adhuc esset in humanis, pro  
 dixerat ipsi multa eum passurum, sed Deum  
 omniibus eum extracturum. Hanc, in qua  
 minu afflito  
 tranquillitas.  
 Predicitur nō  
 virginem sibi adesse perspexit, ipsumq; bla  
 consolari. At ille hoc indignè accepit, eamq;  
 mendacij arguit. Tum virgo subridens, accedit  
 propriis, porrigitq; illi sacram manum suam,  
 ait: En fidem tibi do verbis & nomine omnipotens  
 potentis Dei, neutiquam te ab illo derelictum  
 iri, sed ope illius ac beatitudinē te & hanc  
 quasuis alias molestias superaturum. Relpon  
 dit Minister: Tam immanis est præsens dolor  
 & angustia mea, vt tibi deinceps fidem com  
 modare non possim filia, nisi huius etiadesmo  
 hi præfes documentū: Cui illa: Ecce, inquit  
 Deus apud pios & bonos omnes per seipsum  
 purgabit ac excusabit: improbi vero, pro  
 improbitate, cuncta iudicant: quod lapient  
 facienda: cordatus DEI amicus debet nihil pendere  
 Porta

OIV

45

Porro Dominicus Ordo, quem tu lamentaris hac ignominia affectum, tum Deo, tum cunctis ratione ventibus tuo nomine tanto erit gratior. Quod quidem certò me affirmare, hoc poteris nosse argumento: En Deus iustus & terribilis propediè te vlciscetur, furoremque suum in execrandam illam effundet fœminam, quæ tibi huius calamitatis est author, eamque subito extinguet. Et quicumque ei speciales frēre adiutores mala de te spargendo, itidem omnes brevi peribunt. His auditis, Minister de suâ liberatione hilarior factus, expectabat quæm finem illi Tragœdiæ Deus impoñens esset. Paucis post diebus cuncta hæc reuera acciderunt. Siquidem mulier illa sacrilega subito expirauit, Deo eam puniente, & ex alijs permulti, qui grauitus eum infestabant, etiam citò vita functi sunt, partim sine ratione, partim sine confessione & Eucharistia. Ex his ut hostes Ministri condignas suæ remittatis pœnas dederint vous fuerat prælatus, qui dirè ipsum afflixerat. Is Ministro per visum apparuit, cum esset defunctus, aitq[ue] illi ea causa vita & dignitate priuatum se esse, dirosque illi multo tempore perferendos cruciatus. Vbi autem insolitam hanc vindictam & mortem subitariam aduersariorum illius, cernerent quidam eius amici horum omnium concij, laudabant Deum, dicentes. Profecto Deus huic adest bono viro, estque perspicuum, iniuriam ei irrogatā esse: quamobrem merito posthac & apud nos & cordatos omnes maiori erit in precio & estimatione ac opinione sanctitatis, quam si ista non esset perpeccus. Inde vero Deo efficiente tempestas illa sopita est, ut erat à virgine in visione.

Qq

sionē

ut hostes  
Ministri condi-  
gnas suæ re-  
mittatis pœ-  
nas dederint

Restituitur  
existimatio-  
ni pristina.

sione prædictum. Sæpius postea cogitabat  
 rissimum est Dominus, quod vulgo fertur.  
 Deus bene cupit, illi nemo potest officere.  
 tubernacul is etiam illius, qui hac in causis  
 se amicum declararat erga ipsum, ut  
 dicatum, nec diu post superuixit, post obitu  
 sum omni illo ablato impedimentoo,  
 vultus Dei contemplatione distinebar,  
 ueste luculenta & aurea ipsi apparet, am-  
 eum complexus, faciem eius ad suas genit-  
 de appreslit, & ut quod ipsum offendisse  
 condonaret, essetque inter ipsos sempitem-  
 micitia, obsecravit. Pergratum hoc fuit.  
 dem ab omni stro, cumq[ue] rursus amplexatus est amicissim  
 molestia. Mox ille euanuit & ad cælestia migrauit. Po-  
 ea vbi Domino visum est oportunum, Mi-  
 ster multa percessus, diuinatus est ab omni  
 afflictione recreatus, idq[ue] interna cordis po-  
 tranquilla requie, & gratia luculenta. Lau-  
 bat ille Deum medullitus pro transfacta  
 præsertim afflictione, dicebatq[ue] se nec pro  
 mundo velle, quin esset hæc omnia perpetua.  
 Facile tum ex Dei illustratione cognoscere  
 præclarus se erectum ac recreatum & in Deum  
 sublevatum ex hac sui humilatione, quam  
 cunctis alijs, quas à puero esset percessus ad  
 usq[ue] temporis, afflictionibus.

*De internis quibusdam vexationibus.*

#### CAPVT XLI.

**F**ilia spiritualis Ministri cum iam memora-  
 tam legisset afflictionem, & præcondole-  
 tia